fortissimus, sed iam corpore debilior, quod superfuit vite, senilibus expeditionibus bellisque consumpsit. Nec erga primum[1] Affricanum gratior fuit Roma et si eum ~~micti~~ in exilium non miserit, summis tamen honoribus assuetum tot contumeliis fatigavit, ut turbide patrie tranquillum preferret exilium. Ita ille, cuius solius opera factum erat, ne miserabilis solitudo in ipsius ~~…~~ manibus urbis esset, de restituta suis manibus et iam florente re publica, in desertam solitudinem commigravit, ubi multa gloria et ingenti animo vite tempus extremum egit nec revocatus a civibus nec flagitans revocatus.

Cum secundo autem [at] actum est Scipione qui nec coacto nec spontaneo exilio civili sevicie subtractus, sed[3] in sua domo suorum manibus interemptus multa etiam morte procubuit; tam dissimulanter[4] enim tamque negligenter id scelus et tanti viri fatum lacrimabilem (!) pertulit populus Romanus qui ipse conscius nepharie cedis esset. Redde Carthaginem huius ducis manibus eversam. Redde Carthaginensium[2] senatum ~~…~~, plus ibi ~~…~~ nimirum quam[5] in capitolio[6] Romano talis Affricani | mors querelarum[1] et indignacionum inveniret unde in patria

1) P. 1m affricani — 2m affricanum
4) Def. Scipione [? ofr. = -er]
3) sed nulla — Afriakani!
2) orc: Carthaginiensium
5) q. quam
6) capitolio → c/o Capitolino
l. -arum (!)

f. 135v Sp. 2